UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Basilea Sepulta Retecta Continuata. Hoc est: Tam Urbis quàm Agri Basileensis Monumenta Sepulchralia, Templorum Omnium, Curiae, Academiae, Aliarumque Aedium Publicarum Latinae Et Germanicae ...

Groß, Johann Georg

Basileae, 1661

Curiæ Basileensis Inscriptiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13049

Visual Library

*In alia:*

Reverendiſs. Dominus GEORGIUS, Cardinalis beatæ Mariæ tr ans Tyberim, & Epiſcopus Vicenſ. de Cathalonia, fundator hujus Altaris, ad laudem S. Trinitatis, &c. hoc opus ſolenne complevit tempore S. Concilii Baſil.

*Finis Inſcriptionum Ædium ſacrarum.*

# CURIÆ BASILEENSIS INSCRIPTIONES.

## In einer Möſſinen Tafeln.

Anno 1529. auf den 13. tag Brachmon. iſt der Birſig vnverſehenlichen Waſſerguß halben ſo groß worden / daß er biß hierunden an dieſe Tafel gefloſſen iſt / darvon der Stadt Baſel / vnd der Burgerſchaft groſſer ſchad entſtund.

Darnach im 1530. Jahr / auf den 4. tag Hewmon. war der Birſig abermals ſo groß / daß er biß an diſen Mond floß / vnd aber von einem Berg an andern gieng. Gott behůt vns vor übel allezeit.

An der Cantzley.

Vnder Herren Remigio Feſchen New Burgermeiſtern: Herren Jacob Götzen New Obriſten Zunftmeiſtern: Herren Jacob Oberried Alt Burgermeiſtern: Herren Melchior Hornlochern Alt Obriſten Zunftmeiſtern: Herren Sebaſtian Becken / vnd Herren Hans Heinrich Hofmann der Rähten / Baw- vnd Lohnherren / iſt / dem Vatterland zum beſten / diſe Cantzley von grund auff erbawen vnd vollendet worden / nach Chriſti Geburt M. DC. VIII.

*In atrio Curiæ conſpicitur effigies L. MUNATII PLANCI, cum hac inſcriptione à Beato Rhenano concepta.*

L. MUNATIO PLANCO,
civi Romano,
viro Conſulari, & Prætorio, Oratorique,
ac M. Ciceronis diſcipulo:
qui
poſt devictos Rhætos,
æde Saturni de manubiis exſtructâ,
non modò Lugdunum, ſed & Rauricam
Coloniam deduxit,
quæ Auguſta fuit appellata,
ab Octavio Auguſto tùm rerum potiente;
S. P. Q. Baſilienſis,
tametſi Alemannorum transducti Coloni
ſubactis ac depulſis Rauricis;
amore tamen virtutis,
quæ etiam in hoſte venerationem meretur,
vetuſtiſſimo Tractûs hujus illuſtratori,
culpâ temporum prorſus abolitam memoriam
poſtliminiò renovârunt
Anno M. D. YXVIII.

*In veſtibulo Aulæ prioris, ibid.*

Ad hiſtoriam PTOLOMÆI depictam.

Judex pro tribunali, quem conſpicis, Rex ille ſum PTOLOMÆUS, qui ſuſpicione & ignorantiâ ſeductus, calumniæ declamationibus, quas de invidiâ, fraude, inſidiis fecerat inflammatus, Apellem innocentem præceps damnavi quondam: veritate demùm vix citò ſatis cognitâ errorem agnovi & emendavi cautior: meo exemplo, quiſquis judicas, non aures modò, ſed prudentiam inprimis extende, & utriuſque partis cauſam diligenter excute; haud enim turpius in palatio temeritate piaculum. M. DC. XI.

*Paulò infrà.*

PTOLOMAEUS.

Richter vnd weyſe Rahtſchläg geben/
Erfordert b'ſinnt vnd nüchter leben.

Rein

Rein G'wiſſen ſorgt fürs Vatterland/
Vnd reicht der Vnſchuld trewe Hand.
Recht hören/ vnd erwegen wol/
Von mir man fleiſſig lehrnen ſoll.
Mit Vrtheil fellen gar nicht eyl/
Es ſeyen dann g'hört beyde Theil.
Gleiches Recht theil mit menniglich/
Vnd nicht nach Gunſt das Vrtheil ſprich:
Dann wo du halt'ſt vnrecht Gericht/
Wirdt dir s'gewiß Gott ſchencken nicht.

*Ibid.*

Juſtitiæ titulo vexatur egenus & inſons:
Legibus at majus munera pondus habent.

*Ibid.*

Vos, quibus Rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos tumidosque vultus,
Quicquid à vobis minor expaveſcit,
Major hoc vobis Dominus minatur.

*Ibid.*

Omne ſub regno graviore regnum eſt:
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem:
Nemo confidat nimium ſecundis;
Nemo deſperet meliora lapſis.

*In Veſtibulo Aulæ interioris.*

Quicunque per arduas gerendæ Reipubl. provincias adis,
publici boni ubique memor,
privatos adfectus,
invidentiam, favorem, odium, violentiam deponito:
pietatem DEO,
prudentiam, juſtitiam, integritatem Reipublicæ,
conſulendo, judicandoque probato;
ſedebit olim tremendus Iudex,
omniumque dictorum, fact. cogitatuum
rationem expoſcet.
CIↃ IↃ CIX.

*In Aula ſuperiori, ibid.*

ROBOAM ad POPULUM.

Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo Patris mei: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos ſcorpionibus.

EZECHIAS.

Fecit, quod erat bonum coram Domino, ipſe diſſipavit excelſa, contrivit ſtatuas, ſuccîdit lucos, & confregit æneum ſerpentem, quem fecerat Moſes.

SAMUEL ad SAULEM.

Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potiùs, ut obediatur voci Domini? Pro eo, quòd abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus, ne ſis Rex. *Ibid.*

SAMNITAS, dona offerentes ſic excipit MARCVS CVRIVS DENTATVS.

Malo hæc (*reſpicit ad rapas aſſatas*) in fictilibus meis eſſe, & aurum habentibus imperare. *Ibid.*

*Harpocratem, quisquis huc intrat, præſtet oportet:*
*Nam noſtra arcanum promere jura vetant.*

*Ibid.*

ANACHARSIS de Iure humano.

*Muſcæ ſtaminibus veluti capiuntur in iſtis,*
*Sed culices rumpunt viribus illa ſuis:*
*Legibus obſtrictum ſic vulgus inane tenetur,*
*Hasq; levi infringunt impetu turba potens.*

*Ibid.*

QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NON FACIAS.

*Ibid.*

Iratus recole, quòd nobilis ira Leonis
In ſibi ſubſtratos ſe negat eſſe feram.

*Ibid.*

INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI.

*Ibid.*

Experiri priùs conſilio, quàm armis, præſtat.

*Ibid.*

Ne quid non è Reipublicæ dignitate conſtituatur.

*Ante*

In der Rahtſtuben in vieren Fenſtern.

In dem erſten Fenſter.

Von dem Rechten nit weich.

In dem andern.

Nicht gleich Arm vnd Reich.

In dem dritten.

Biß nicht zu faſt grimm.

Im dem vierten.

Hör auch des andern Stimm.

---

*Ante Curiam Baſil.*

Tu ſupplex ora: tu protege: tuque labora.

*(Officium Miniſtri, Magiſtratûs, & Agricolæ deſcribitur.)*

---

*In ſuperiori Collegio.*

D. S.
Liberali Eruditioni & Virtuti
d. d.
Collegium hocce ſuperius
Religionis orthodoxæ,
Themidis æquiſſimæ,
Iatricæ elegantis,
Philoſophiæ veriſſimæ
SEMINARIVM,
benignitate Numinis fertile & celeberrimum,
ſui favoris in Academiam,
benevolentiæ in Candidatos,
munificentiæ in Studioſos
teſtimonium,
ac ſingulare ornamentum urbis Baſil.
renovari exornarique f.
Senatus Reip. inclytus prudentiſs.
Conſulatu vacante:
Tribunis pleb.
D. REMIGIO FESCHIO,
D. IACOBO OBENRIEDIO:
Scholarchis atque Ædilibus
D. ANDREA RYFFIO,
D. MELCHIORE HORNLOCHERO,
D. SEBASTIANO BECKIO,
curantibus:
ſub Rectoratu Academico
AMANDI POLANI à Polansdorf, Th. D.
M. DC. I.

In

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In dem oberen Collegio, auf dem vnderen Gang
zu hinderſt.

Quod Deus benè vertat!
Archivum hocce Academicum
JOH. LUCAS ISELIUS Senior
JOH. HENRICUS WERENFELSIUS
NICOLAUS RIPPELIUS
JOH. ROD. BURCARDUS J.U.D. Archigram.
Scholarchæ
Cura ſua erectum ac nitore
præſenti veſtitum
Vſui Inclyt. Vniverſit. Baſil.
dicarunt.
Rectoratu fungente
JOHANNE JACOBO FESCHIO I. V. D. ET PROFESS.
Reip. Baſil. Syndico.
Anno Salut. reparat.
M. DC. XXX

*In feneſtra hypocauſti Alumnorum inferioris Collegii* TERMINUS D. *Eraſmi extat, qui repræſentat imaginem juvenis capillis volitantibus ſaxo impoſiti, cum hac inſcriptione.*

TERMINUS.

CONCEDO NULLI.

ΟΡΑ ΤΕΛΟΣ ΜΑΚΡΟΥ ΒΙΟΥ.

MORS ULTIMA LINEA RERUM.

Iſtud Proverbium, CONCEDO NVLLI, quidam hoſtes Eraſmi in calumniam vocarunt, vociferantes, intolerabilis eſſe arrogantiæ, quod adjectum eſt Symbolo, *Concedo nulli.* Sed Eraſmus ſe excuſat abundè in epiſtola quadam ad Alphonſum Valdeſium, S. Cæſ. Maj. Secretarium, ubi ſimul ipſum Proverbium pulchrè explicat. Dicit enim inter alia: Vident iſti ipſo ſaxo expreſſum, TERMINVS. in quam dictionem ſi deſinas, Verſus erit jambicus dimeter acatalectus, *Concedo nulli Terminus.* Si hinc incipias, erit dimeter trochaicus acatalectus, *Terminus concedo nulli.* Et paulò pòſt: Olim fines agrorum ſigno quopiam diſcernebantur: id erat ſaxum è terra prominens, quod ἀκίνητον eſſe jubebant priſcorum leges, quarum hæc vox eſt apud Platonem, *Quæ non poſuiſti: ne tollas.* Addita eſt ſuperſtitio, quò magis deterreretur imperita multitudo à tollendi audacia, dum credit in ſaxo violari Deum, quem Romani TERMINVM vocant, cui fanum ac feſtum etiam dicatum, *Terminalia.* Hic *Terminus*, ut eſt in Romanis Annalibus, ſolus Iovi noluit concedere: quod, quum cæterorum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent, aves in ſolo *Termini* fano non addixère. Refert T. Liv. lib. ab Vrbe cond. 1. ac rurſus lib. 6. narrat, quòd quum

auguratò liberaretur Capitolium, *Iuventas*, (h. e. Dea juventutis) moveri ſe paſſi non ſunt.
Id omen magno omnium gaudio exceptum eſt, quòd exiſtimarent portendi perpetuitatem
Imperii. Iuventus ad bellum utilis, & Terminus fixus eſt. Hic fortè clamabunt; quid tibi
cum fabuloſo Deo? obvenit, non aſcitus eſt. Alexander Archiepiſcopus titulo S. Andreæ,
cùm à Patre Iacobo Scotiæ Rege, Senis, in patriam revocaretur, mihi Romam evocato, ve-
lut gratus & amicus diſcipulus, annulos aliquot dono dedit, habitæ inter nos conſuetudinis
μνημόσυνον. In his erat, qui in gemmâ ſculptum habebat *Terminum*. Nam hoc priùs
ignotum, indicavit Italus quidam, rerum antiquarum curioſus. Arripui omen, & inter-
pretatus ſum, admoneri me, non procul abeſſe vitæ terminum. Nam id temporis agebam
annum circiter quadrageſimum. Hæc cogitatio ne poſſet excidere, literis hoc ſignum im-
primere cœpi. Addidi carmen, ut antè dictum eſt. Itaque ex profano Deo mihi feci ſym-
bolum, adhortans ad vitæ correctionem. Mors enim verè Terminus eſt, qui nulli cedere
novit. Atqui in fuſili imagine adſcriptum eſt Græcè, Ὅρα τέλος μακροῦ βίου, h. e. Specta
finem longæ vitæ: Latinè, *Mors ultima linea rerum*. Poteras, inquient, inſculpere defun-
cti cranium. Forſitan accepturus eram, ſi obveniſſet. Sed hoc arriſit: primùm, quia for-
tuitò contigit: deinde, quòd geminam haberet gratiam: alteram ex alluſione ad priſcam
& celebrem hiſtoriam: alteram ex obſcuritate, quæ ſymbolis eſt peculiaris. Habes Apolo-
giam de TERMINO, ſeu veriùs de lana caprina. atque utinam iſti tandem calumniis ſui
terminum ponerent! Lubens enim cum illis paciſcar, ut mutem ſymbolum meum, ſi ill
mutent morbum ſuum, &c.

*Ibidem: è regione Menſæ ab Eraſmo ſcripta leguntur hæc.*

Sudoribus emuntur literæ;
ſed
pariunt immortalitatem.
Vigiliis parantur;
ſed
ſemel partæ non amittuntur.
Rariùs contingunt;
ſed
ubi contigerint;
indubitata ſimul & perennis eſt
poſſeſſio.

PROLIS APOLLINEÆ
Commod. prom.
Grat Colleg. Baſil.
Aſclepiadæ & Profeſſores,
CASPARVS BAVHINVS, Decurio,
Anatomicus & Botanicus,
FELIX PLATERVS, Poliater &
Practicus,
HENRICVS PANTALEON,
Phyſicus,
IO. NICOLAVS STVPANVS,
Theoricus,
hocce
Theatrum Anatomicum
SAMVELE GRYNÆO IC.
Academ. Rectore,
exſtruêre,
Anno
cIↃ IↃ xIC
m. Ixbr.

IN BRABEVTERIO.

*SCELETORVM Epigraphæ.*

VTRVMQ. SANE DONARIVM,
HOC CIVIS,
HOSPITIS ILLVD SVI
BASILIENSES ACADEMICI
GRATO ANIMO
ILLVSTRI HOCCE LOCO
INAVGVRAT.
A' FRONTE POTIVS, QVAM
VT IN TRIVMPHIS OLIM
A' TERGO
SPECTANDVM CONTEMPLANDVMQ.
PROPOSVERE:
NON TANQVAM PHIDIÆ ET
PRAXITELIS EQVOS:
SED VT QVI PII SVNT BONIQ
MORTALITATIS SVÆ ARGVMENTO
AD IMMORTALITATEM
PROPERARE,
NATVRÆ VERO OPERVM STVDIOSI
SEXVS ET ÆT. DISCRIMEN
CITRA NEG.
IN
HVMAN. OSSIB. OBSERVARE
DISCANT ET EXERCERE.

ANDR. VESALIUS
BRUXELLENS.
CAROLI V. AUG. ARCHIATRUS
LAUDATISS.
ANATOMICARUM ADMINISTR. COMM.
IN HAC URBE REGIA
PUBLICATURUS
VIRILE QUOD CERNIS SCELETON
ARTIS ET INDUSTRIÆ SUÆ
SPECIMEN
ANNO CHRISTIANO
M. D. XLVI.
EXHIBUIT EREXITQ.
¶ SEXTO POST LUSTRO
FELIX PLATERUS
ARCHIATRUS
ET MEDICÆ SCHOLÆ ANTECESSOR
CONATU NE MAIORE AN
MEL. SUCCESSU
PRÆCEPTORIS HOSPITALE MUNUS
MARITARIT, FOECUNDARIT
ET EXORNARIT
QUISQUIS ERIS SPECTATOR
GRATIOSUS ET ERUDITUS
IUDICATO.

*Ipſa de ſe Sceleta ita loquuntur:*

NOSTRO PEREMPTI SCELERE
ALIENA VIVIMUS MANU:
PUERI AUCTIORES OSSIBUS,
AGILISQUE SCELETO SIMIÆ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Inſcriptiones Gymnaſii Baſilienſ.*

Anno Chriſti CIↃ IↃ XIIC.
BONAVENTVRA à BRVNN,
VLRICO SCVLTETO,
Coſs.
LVCA GEBHARDO,
FRANCISCO RECHBVRGERO,
Tribb. pleb.
IOHAN. RODOLFO HVBERO,
IOH. IACOBO HOFMANNO,
ALEXANDRO LöFFELIO,
Scholarchis,
hocce
Eccleſ. Scholæ, R. P. Q. BASIL.
Seminarium
IACOBVS OBENRIETVS,
BARTHOLOMÆVS MERIANVS,
MELCHIOR HORNLOCHERVS,
hujus loci Aediles,
FELIX PLATERVS, Archiatros, Acad. R.
BASILIVS AMERBACHIVS, I. C.
hujus Operis Architect.
reparari augerique
curavêre.

In veſtibulo Gymnaſii Baſilienſis

*Quæris, quo Schola ſit noſtra illuſtrata favente?*
*Iure hujus nomen Carmina noſtra notant.*
Melchior Hornlocherus *is eſt, cui gratia magna,*
*Ac laus debetur digna favore pio.*

Hodierno die poſt Scholæ renovationem talis
conſpicitur Inſcriptio.

*Dum cedit Conſul VVETSTENIVS atque Tribunus*
*HENRICVS FALKNER munere quisq; ſuo,*
*Hacque capeſſebant RIPPELIVS atq; SOCINVS*
*Baptiſtæ feſto: Sic renovata Schola eſt.*
*Gratia pro tantis meritis altoribus iſtis,*
*Et laus debetur digna favore pio.*

Anno primo tertii Academici ſeculi feliciter
inchoati M. DC. LX.

PARENTIBVS S.

*Servator Chriſtus, Patris cæleſtis imago,*
*Os ſacrum pandens, talia verba facit.*
*Ad me vos patres pueros adducite veſtros,*
*Infantes aditu nec prohibere meo.*

Hi mihi

*Hi mihi ſũt grati, mea ſunt hi gaudia, ſpon-*
*Circumplector eos, in manibusq́ gero. (te.*
*His iter æternæ rectum commonſtro ſalutis,*
*His ſum dux certus commodiore via.*
*Hos orno donis, & cognitione ſalubri,*
*Quâ ducant populum religione meum.*
*Quò ſibi ſubjectos cives cum jure gubernent,*
*Conſiliis prompti, prævalidiq́ manu.*
*Quâ curâ ſanent ægros, contagia pellant,*
*Quâ fractas vires dexteritate levent.*
*Quò diſciplinæ tradantur acumine cunctæ,*
*Quotquot in humanis uſibus eſſe ſolent.*
*Seu linguas ſpectes, ſanctã, græcã, latiamq́,*
*Quales Grammaticæ certa ſtatuta docẽt:*
*Seu Rhetorum flores, ac ornamẽta requiras,*
*Queis oratio ſit ſuavis, amœna, gravis:*
*Seu Logicæ cupias æquas cognoſcere leges,*
*Vſum nativa quæ rationis habẽt: (theſin;*
*Seu numeros in Arithmeticis, doctamq́ Ma-*
*Et quales format Muſica blanda ſonos:*
*Seu ſit naturæ ſtudium perquirere cauſas,*
*Effectus, motus multiplicesq́ vices:*
*Seu pulchræ verò flagres virtutis amore,*
*Quam morum cultrix Ethica laude vehit.*
*Quapropter veſtros ad me deducite gnatos,*
*Quos ego præclaris hiſce beabo bonis.*
*Quò Templum, quò Curia, quò Reſpublica*
*Florida, finitimis invidioſa locis. (perſtet*

## AD PUEROS.

*Vos, ad ſe pueri, veſter Rex atq́ Redemptor*
*Aeterno natus de Genitore vocat.*
*Ad me feſtino Iuvenes accedite curſu.*
*Damnoſas vobis & removete moras.*
*Aſſidue per me, qui ſum Mediator, amicus,*
*Cæleſtem precibus ſollicitate Patrem:*
*Vt vos divini vegetet ſpiraminis aurâ,*
*Et veſtrum verbi luce gubernet opus: (tis,*
*Augeat ingeniũ: memoris det munera men-*
*Et cor conſtanter firmet ad omne bonum:*
*Diſciplinarum bona fundamenta locate,*
*In ſtudiis rectum carpite ſemper iter,*
*Quod Præceptores monſtrant, & cognitus*
*Quorum conſiliis vos obedire decet. (uſus,*
*Diſcite dum tempꝰ, dum Muſis apta juven-*
*Dum vires ſano corpore nẽpe ferunt: (ta,*
*Diſcite dum ſeſe felix occaſio præbet,*
*Quæ non eſt ullis prætereunda modis.*
*Deſipiunt, quicunq́ ſinunt florentia vitæ*
*Tempora neglectis prorſus abire libris.*
*Exemplum ſpectate meum: nam ſponte Pa-*
*Nazarethæ ſubjectus utriq́ fui: (renti*
*Morem mandatis ipſorum ſedulò geſſi,*
*Officii feci munia cuncta mei. (tura,*
*Ac velut aucta fuit magis ac magis ipſa ſta-*
*Sic mihi creverunt cognitionis opes:*
*Sic incrementum ſuaviſſima gratia cœpit,*
*Quâ placui Patri, quâ placuiq́ bonis.*
*Hæc vos, hæc, Pueri veſtigia quærite ſemper,*
*Exemplo mores recta patrate meo.*
*Creſcatis creſcente die, creſcentibus annis,*
*Ingenio, ſtudio, Religione, fide.*

An cupis, adverſus ſcelerum fœdiſſima quæque
Vulnera perfacilem dem tibi promptus opem?
Cùm te turpe aliquid tentat, fac illicò mentis
Se ſe Mors oculis offerat atra tuæ.
Quiſquis enim horrendum Chriſti cum morte tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hoſtis erit.
Flante velut valido nubes Aquilone fugantur,
Sic meditata ſcelus Mors procul omne fugat.

ΝΟΜΙΖΕ ΜΗΔΕΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ
ΑΝΘΡΟΠΙΝΩΝ ΒΕΒΑΙΟΝ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Votum Gymnaſii Baſil.

*Alme DEVS, cunctæ fons cognitionis, & auctor,*
*Qui mare, qui terras, aſtraq; celſa regis,*
*Noſtrarum teneros cœtus defende Scholarum,*
*Ac ab eis arce triſtia damna procul.*
*Fac Præceptorum quò ſit labor utilis omnis,*
*Et tua diſcentes gratia larga juvet.*
*Cuſtos in porta ſit diſciplina timorq;,*
*Intrent in noſtram ne mala fata Scholam.*

Benedictio divina eruditionem comparat, & conſervat.

*Naturæ bonitas, ac fidi cura Magiſtri,*
*Et conſtans uſus, commoditasq; loci,*
*Atque boni libri, quos ætas quæque requirit,*
*Et flagrans veræ cognitionis amor,*
*Et poſita ante oculos Doctorum exempla virorum,*
*Nec non in claris æmula turba Scholis;*
*Ad ſolidæ fructum doctrinæ, uſumq; parandum*
*Non leve momentum, non leve pondus habent.*
*Sed niſi de ſummis adſit benedictio cœlis,*
*Quam clemens præſtat, munificusq; DEVS,*
*Nil hæc efficiunt, nil proſunt omnia: tantam*
*Vim divinus habet ſcilicet ille favor.*

## Præceptores obſervandi.

*Sanguinis auctores merito dignamur honore,*
*Hoc pietas jubet, ac ingeneratus amor.*
*Majores longè grates, majora merentur*
*Præmia, doctrinæ, Gymnaſiiq; duces.*
*Nam charus pater, ac genetrix in luminis or is*
*Vitales gnatos progenuêre ſuos:*
*At Præceptorum vigilans & ſedula cura,*
*Fiat ut ipſorum vita beata, facit.*

*Virtutum & diſciplinarum parens eſt Schola.*

Mente caret, quicunque Scholas contemnere ſuevit,
Quas adeò magni pendere quemque decet.
Namque ex his veniunt, fidei qui dogmata veræ
Adverſum hæreticos pura docere queant:
Qui juſtè regnent, perplexa negotia dextrè
Expediant, alios conſiliiſque juvent:
Qui fiant apti Medicinam diſcere, & artes,
Quas vel Ariſtoteles, vel Plato dius habet.

ΔΩΔΕΚΑΣΤΙΧΟΝ

**PHILIPPI MELANTHONIS,** *viri bonorum amore, & improborum odio clariſsimi, proclamans piæ juventutis* ευδόκιμον.

*Vos ad ſe pueri primis invitat ab annis,*
*Atque ſua Chriſtus voce venire jubet:*
*Præmia oſtendit vobis venientibus ampla,*
*Sic vos, ô pueri, curat, amatq́; DEVS.*
*Vos ergo læti properate occurrere Chriſto,*
*Prima ſit hæc Chriſtum noſcere cura ducem.*
*Sed tamen ut Dominum poſsis agnoſcere Chriſtum,*
*Ingenuas artes diſcito parve puer.*
*Hoc illi gratum officium eſt, hoc gaudet honore,*
*Infantum fieri notior ore cupit.*
*Quare nobiſcum ſtudium ad commune venite,*
*Ad Chriſtum monſtrat nam ſchola noſtra viam.*

## Schola Ludus.

*Cur Schola, quæ res præclaras, quæ ſeria tractat,*
*Ludi nomen habet? Nomen id omen habet.*
*Hæc vita eſt ludus, veruntamen optima vitæ*
*Portio, quæ primo vivida flore virit.*
*Cumprimis tanquam ludo conſumitur apto,*
*Quem ſolidus fructus, famaq́; pulchra manet.*
*Si per diſcendis impenditur artibus iſte*
*In ludo ludus ſerius hic tamen eſt.*

Væ tibi, ſi præes, & non prodes. *Bernh.*

Audi canticum meum minùs ſuave, ſed ſalutare: monſtruoſa res gradus ſummus, & animus imus: ſedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus otioſa: ſermo multus, & fructus nullus: vultus gravis, & actus levis: caput canum, & cor vanum: facies rugoſa. & lingua nugoſa: ingens auctoritas, & nutans ſtabilitas. *Idem.*

Quid eſt ſtultius, quàm quia diù non didiceris, non diſcere? Omnis ætatis homines Schola admittit. Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu neſcias, & ſi proverbio credimus, quamdiu vivas. Nec ulli hoc rei magis convenit, quàm huic, tamdiu diſcendum quemadmodum vivas, quamdiu vivis. *Seneca.*

Studete magis amari, quàm metui; & ſi interdum ſeveritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica; matres fovendo, Patres corripiendo vos exhibeatis. *Bernhard.*

Honor adoleſcentium eſt, timorem Dei habere: parentibus deferre: honorem habere ſenioribus: caſtitatem tueri: humanitatem non aſpernari: diligere clementiam, & verecundiam, quæ ornamenta ſunt juvenilis ætatis: in ſenibus gravitas, in juvenibus alacritas, in adoleſcentia verecundia commendatur *Ambroſ.*

Non refert, quàm multos libros, ſed quàm bonos habeas: Lectio certa prodeſt, varia delectat: qui quò deſtinavit pervenire vult, unam ſequatur viam, non per multas vagetur: non ire iſtud, ſed errare eſt. *Seneca.*

Vis nunquam triſtis eſſe, benè vive.

*In*

*In parietibus Claſſis primæ ſeu infimæ.*

Via eſt vita præſens, quâ ad patriam tendimus, & idcircò hîc occulto judicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. *Gregor.*

Nulla res diſcipulo ita eſt pernicioſa, ſicuti vita Magiſtri contumelioſa.

Vita bona ſine doctrina gratiam habet, doctrina ſine vita integritatem non habet. *Aug.*

Summoperè cavendum eſt ei, qui querit ſcientiam, ut non negligat diſciplinam. *Hug.*

Diſciplinarum uſus extra DEUM. infelix eſt. *Auguſt.*

Bonam vitam ego puto mala pati, & bona facere, & ſic perſeverare uſque ad mortem. *Bernh.*

Feſtinemus ad locum tutiorem, i. e. ad agrum uberiorem, ad paſtum ſaniorem: ut habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. *Idem.*

Facere docet Theologia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem ſuam quiſque vivat, ne orationi vita diſſentiat, ut verbis opera concordent.

In parietibus Claſſis ſecundæ.

*Vita Viatoris quaſi tranſitus, omnia finem*
*Quicquid hic immundus Mundus honorat; habent.*
*Tranſit honor, tranſit fortuna, pecunia tranſit,*
*Mente DEO ſimilis, corpore tranſit homo.*
*Tranſivêre patres, ſimul hinc tranſibimus omnes,*
*In cœlo patriam, qui benè tranſit, habet.*

Sic vivendum eſt, tanquam in conſpectu vivamus: ſic cogitandum, tanquam aliquis pectus intimum proſpicere poſſit.

Non ſunt contemnenda quaſi parva, ſine quibus magna conſtare non poſſunt. *Hieron.*

Mores primùm, mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus malè diſcitur. *Sen.*

Superet conſcientia, quicquid finxerit lingua. *Idem.*

Sapiens cogitat ſemper, qualis vita, non quanta ſit. Non enim vivere bonum eſt, ſed benè vivere. *Idem.*

*In parietibus Claſſis tertiæ.*

Summa religionis eſt, imitari eum, quem colis. *Auguſt.*

Fortaſſe de quo conquereris, ſi diligenter inſpexeris, in ſinu reperies.

Conſcientiam magis, quàm famam attende. Falli namque ſæpè poterit fama, conſcientia nunquam. *Sen.*

Nihil tam facile, quàm otioſum, & dormientem de aliorum labore, & vigiliis diſputare. *Hieron.*

Bonis nocet, qui malis parcit.

Ad diſcendum, quod opus eſt, nulla ætas ſera videri poteſt. *Auguſt.*

Ad hoc ſacramentum adacti ſumus, ferre mortalia, nec perturbari his, quæ vitare noſtræ poteſtatis non eſt. In regno nati ſumus. DEO parére, libertas eſt. *Sen.*

Quod ſentimus loquamur: quod loquimur ſentiamus: Concordet ſermo cum vita. Ille promiſſum ſuum implevit, qui, cùm videas illum, & cùm audias, idem eſt. *Sen.*

Æquo animo ſunt audienda imperitorum convitia & ad honeſta vadenti, contemnendus eſt ipſe contemptus.

Nihil in hac vita laborioſius, quàm deſideriis terrenis æſtuare: & nihil hîc quietius, quàm hujus ſeculi nihil appetere. *Bernh.*

Vitia tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis ignoſcit.

*Quarta*

*Quartæ Claſsis parietibus inſcripta.*

In omnibus ſermonibus tuis memento finis tui, & in æternum non es peccaturus. *Ecclеſ.7.v.38.*

O HErr/ nim̃ von mir/ was mich wendt von dir:
O HErr/ gib mir/ das mich kehr zu dir:
O HErr/ nim̃ mich mir/ vnd gib mich gantz eigen dir.

*Mors tua, mors Chriſti, fraus Mundi, gloria cœli,*
*Et dolor inferni, ſunt meditanda tibi.*

In hoc nos exerceamus, ut conſcientiam habeamus ſine offendiculo apud DEVM & homines ſemper. *Act.24.v.16.*

*In parietibus loci ſecreti.*

O homo, ſi conſideres, quid per os, quid per nares, cæterosque meatus egrediatur, nunquam vilius ſterquilinium inveniſti.

Malæ dominæ ſervitur gulæ, quæ ſemper expedit, nunquam expletur. Quid enim mirabilius ventre? hodie ſuſcipit, cras exiget. Cùm impletus fuerit, diſputatur de continentia: cùm digeſſerit, Vale virtutibus dicitur. *Ambroſ.*

*Quincta Claſsis.*

Religio, & timor DEI ſolus eſt, qui cuſtodit hominum inter ſe ſocietatem. *Lactant.*

ΕΑΝ ΗΣ ΦΙΛΟΜΑΘΗΣ ΕΣΗ
ΠΟΛΥΜΑΘΗΣ

Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus fuerit involutus. Improbum enim eſt arguere quicquam in alio, quod adhuc reprehendit in ſeipſo. *Iſidor.*

Chriſtianorum omnis religio ſine ſcelere, & ſine macula vivere. *Lact.*

Iudicia DEI multa occulta ſunt, nulla injuſta.

Facilè contemnit omnia, qui ad contemptum ſui venit. Vis ergo habere omnia? contemne omnia. *Sen.*

Fundamentum noſtræ Philoſophiæ eſt Humilitas. *Chryſoſt.*

Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis: & DEVM, quo auctore cuncta eveniunt, ſine murmure comitari. Malus ille miles, qui Imperatorem ſuum gemens ſequitur. *Sen.*

Hoc eſt quod nos lætificat in omnibus laboribus, & periculis vitæ hujus, Amor noſter in DEVM, & pium ſtudium, & certa ſpes, & fervor Spiritus. *Auguſt.*

*In parietibus ſextæ ſeu ſupremæ Claſsis.*

O Iehova, da, quod jubes, & jube, quod velis. *Auguſt.*

ΧΑΡΙΝ ΤΙ ΑΡΑΣΧΟΥ ΧΡΙΣΤΕ ΤΟΙΣ
ΕΜΟΙΣ ΠΟΝΟΙΣ.

DEVM ipſum reverere, & præcepta ejus obſerva: quia hoc eſt totum hominis: Nam omne opus DEVS ipſe adducet in judicium, cum omni re occulta, ſive bonum, ſive malum. *Eccl 12.*

O HErr/ daß meine Weg gerichtet werden/ daß ich deine Rechte hielte. Pſal. 119.v.5.

Spes cœlo certiſſima venit.

Delectat, & angit.

Ecce judex ante januam adſtat. *Iacob.5.v.9.*

DDd

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vanitas vanitatum, & omnia ſunt vanitas, præterquam DEVM amare, eique ſoli ſervire.

Relinque cupiditatem, & invenies requiem: relinque teipſum, & invenies Ieſum Chriſtum: Omnia relinque, & omnia invenies: Omnia ſi habes, præter gratiam DEI, perniciem habes, non bona.

## In dem Kauffhauß wird dieſe Tafel geſehen.

Ein Rinckh mit ſeinem Dorn/
Drey Roßeyſen außerkorn/
Ein Zimmerax/ der Kriegen zahl/
Da verfiel Baſel überall.

Das iſt:

Anno M. CCC. LIIIII. an St. Lux tag/ geſchah ein Erdbidem/ durch welchen das Chor im Münſter ſampt dem Fronaltar zerfiel/ vnd bey dreyhundert Menſchen verdorben. Hierzwiſchen gieng ein Fewr auff/ welches niemand löſchen konte. Hierauff ward aller Pracht abgeſchafft/ vnd Seiden/ Sammet/ Silber oder Gold zu tragen verbotten: dargegen ein jährliches Allmuſen für die Armen geordnet/ nemlich die Lux-Röckh/ oder kleidung/ zur Gedächtnuß des Tags/ an welchem dieſer Erdbidem geſchehen.

## Im Zeughauß.

Nach Chriſtus Geburt M. CCCC. LXXIIII. vnder Herr Hans Roten/ Ritter/ Burgermeiſter: Junckher Wernher Ereman/ Obriſten Zunfftmeiſter/ vnd Zeugmeiſter: Junckher Heinrich Iſenlin/

Hans Sattler der Geſell ſein/
Vnder jhm iſt gemacht diſe Ordnung rein/
Mit den Büchſen groß vnd klein.

All vnſer Nachkommen vnd frommen ſollen gedencken daran/ die das gnug zu beſehen/ vnd in Ehren han.

An den Wänden werden daſelbſten folgende Schriften von groſſen Stucken geleſen.

Ich bin der Löw/ vnd heiß Spaltmaur:
Mein ſchieſſen iſt ſtarck vnd ſaur.

Der Ryd bin ich genant/
Mein bällen zerbricht Maur vnd Wandt.

Ich

Ich heiß der Strauß/ iſt nicht erlogen/
Von Granſee bin ich her geflogen.

Ich heiß der Widder/
Vnd ſtoß Burg vnd Schlöſſer nider.

Ich heiß der Trackh vngeheur/
Was ich ſchieß/ das thu ich mit Fewr.

Ich heiß der Rauch/
Ich ſchieß ein Stein auß meim Schlauch/
Mit ſtarckem gewalt/
Vnd erſchreck Jung vnd alt.
Diß iſt wol vernommen/
Von Murten bin ich herkommen.

Ich bin die Rennerin/ mit ſchneller eyl
Brich ich Städt vnd Mauren viel.

Burgund bin ich genandt/
Brich Maur vnd Wandt.

## An der Rebleüthen Zunft.

Tauſend zweyhundert Jahr gezehlt/
Vnd eins was auch damit gewehlt/
Vmb neun Creutzer/ merck ich eben/
Ein Saum Wein zu Baſel ward geben.

*Ibid.*

So weiß ich das/ vnd es iſt wahr/
Gezellt M. CC. XXVIII. Jahr/
Der Wein im Aprellen blühen thet/
Vnd vmb Johanni man den Herbſt het.

*Ibid.*

Von der Pfaltz biß zu C.ingenthal/
Beſtund von der Kälte vberall/
Der Rhein/ darauff man tantzen pflag/
Daſſelbig währet auff acht tag.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Da zehlt man fünfzehen hundert Jahr/
Vierzehen darzu/ das iſt wahr.

*Ibid.*

Nach St. Vlrich den erſten tag/
M. CCCC. XVII. Jahr vor augen lag/
Zu Baſel S. Alban vnd der Spital
Verbranne gar nah vberall.

*Ibid.*

Vmb zehen oder zwölff Schilling
Gab man im M.D.XL. Jahr gutwillig
Ein Saum Wein recht guter außbundt/
Auff fünff ſchilling der alte kumpt.

*In domo Ducis VVirtembergenſis.*

ΟΨΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ ΠΟΝΟΣ ΤΗΓΗΡΑ.
Via ad vitam recta, pietas.
ΑΣΧΟΛΕΙΝ ΟΡΘΩΣ ΣΧΟΛΑΖΕΙΝ ΚΑΛΩΣ.

Segne vns/ ô Herr/ an Seel vnd Leib:
Durch deinen Sohn das ewig gib.
Es geh wies' wöll/ Herr Jeſu Chriſt/
Du allezeit mein Zuflucht biſt/
Wann gleich mir Leib vnd Seel vergeht/
Wann ich dich hab/ mein Sach wol ſteht.

*In ædibus Frobenianis.*

CVBICVLVM
D. ERASMO ROTEROD.
SACRVM
M. D. XXXV.

*Inferiùs paulò ejusdem* TERMINVS *imagini inſcriptus extat, ad cujus latera duæ hæ voces:*

CONCEDO NVLLI.

*In corona Terminum cingente:*

MORS ULTIMA LINEA RERUM.
ΟΡΑ ΤΕΛΟΣ ΜΑΚΡΟΥ ΒΙΟΥ.

*Ædium D.* LVCÆ ISELII *Senioris Scholarchæ,*
*Inſcriptiones.*

ΘΝΑΤΟΙ ΑΘΑΝΑΤΑ ΦΡΟΝΕΙΤΕ.

Ecquâ fronte igitur in tantula terræ gleba repentes, nec multò pòſt, ſi modò dabitur, loculo includendi ſpacioſa palatia habitare audemus? nempe quibus DEVS hæc otioſa fecerit negotia, habitare fas eſto, affectare nefas. ante ann. certè p. m. CCC. CELLARII. LORRACENSES, SCHONKINDI, HELBELINGI, hance aream ædiculatim incoluêre: primus CONCIVS SINCIVS caupo ſymbolæ in morem caſas Cyclopeas in unum contraxit; FREVLERVS inde, quo caſu, quâ culpâ creditorum ſectioni moriens objecit: BOGKESSVS à Prætore civili redemit: WALTENHEMI, LOVFFEMI, HVGI bonâ famâ fideque ſucceſſivè poſſedere. MAVRVS MVSÆVS Franciſci I. Gall R. apud Helv. urbanos Legatus vitâ ſplendidâ, morteq; piâ illuſtravit. LVCAS ISELIVS, Io. Lucæ F. delicta vitiáve Majorum correcturus, numinis interim vol. An. M.D.LVII. 19. Aug. Genevæ extinctus, IOH. LVCÆ ex VALERIA RÜDINA F. THEOD. ZVINGERI Aſclepiadæ, qui hocce loci Theatrum vitæ humanæ metatus eſt, privigno opus reliquit inchoatum. Is verò dum ætas ſauget, apotecas condit, hortum ampliat, fontem introducit, nymphæum deducit, mœniana projicit, neque tam ephemero ſuo, quàm poſterit. diuturno inſervit commodo, ut uſuram paternæ domus, S.S.Q. vigente florenteque Rep. Baſil. tranquillam contingere optat, ſic ad æternalem in cœlo unius ſolius MESSIÆ mer. obtinendam, quicunque qualeſcunque pii utinam atque boni vel ſucceſſores erunt, vel poſſeſſores,
quanto poteſt opere
invitat.

*Τῆς γὰρ Εὐσεβείας κλέος ἀθάνατον.*

Ann. Sal. CIↃ CI XXCVII. ultimo è trib. queis Ter Max. tria max.
beneficia S. P. Q. B. vixdum ſperata contulit:
LIBERTATEM FVNDAVIT:
RELIGIONEM FIRMAVIT:
REBELLES COHERCVIT.

*Ibid.*

Fraterna quam pax domum incolit,
Dominus juvat benignâ dexterâ.

*Ibid.*

*Ad effigiem Bucephali binæ, priorem.*

Heus tu, qui præteris, morare paulùm, ac inſpice: in Quirinali hi ſunt equi marmorei mutili atque grandes, arte victa natura parens cur ſpiritum eripit? Quid Praxiteles & Phidias effinxêre iſtos æmulamur. Sat dixi. abei. vale.

*Ad alteram.*

*Καὶ χάλινος ἵππον, καὶ ἄνθρωπον νοῦς.*

*Inſcriptiones ædium privatarum D. D.* IOH. IACOBI GRYNAEI, *Antiſtitis Eccleſ. Baſil. P. m.*

Jeſus Chriſtus vermahnet alle Menſchen.

Ihr Menſchen/ ſucht mit fleiß mein Reich
Vnd G'rechtigkeit/ das heiß ich euch:

So wird mein Vatter reichlich geben/
Was ihr bedörfft im gantzen Leben.

Die Welt-Kinder.

Vns g'fallt viel baß das Reich der Welt/
Das mit ſich bringt G'walt/ Ehr vnd Gelt:
Vnd laß den Menſchen frölich ſeyn/
Ohn forcht deins G'richts vnd höll'ſcher Pein.

Jeſus Chriſtus.

Ligt euch dann mehr an dieſem Leben/
Vnd allem/ was die Welt thut geben?
So wißt/ daß alles Eytel ſey/
Auch mit ſich bringt die ewig Rew.
Weh euch Reichen/ die jhr ſatt ſeind/
Dann ewer Pracht dahin fahrt g'ſchwind.
Ich wahrn'/ ich ſtraff/ ich lehr das Gut/
Seelig iſt/ der mir folgen thut.

Ob der Welt-Tafel.

Daß viel berůfft/ wenigerwöhlt/
Des Erdtrichs Tafel dir fürſtell't:
Darinn Europa am kleinſten Ort
Gibt Chriſto Herberg vnd ſeim Wort:
Vnd iſt vmbringt die Chriſtlich G'mein
Von Wölffen/ Bären/ wilden Schwein:
Doch förcht ſich nicht die kleine Herd/
Die Chriſtus ſchirmt mit ſeinem Schwerdt.

JEſus Chriſtus ſpricht zu den Kindern GOttes.

Wer mir nachfolgt/ verläugne ſich/
Vnd trag mein Creutz gedultiglich/
Sterb' ab der Welt/ vnd lebe Gott/
Der mich zum Mitler geben hat:
Daß ich jhm ſchenck das ewig Heil/
Welch's iſt der Frommen beſtes theil.

Der Kindern GOttes Antwort.

Wir dancken dir/ Herꝛ Jeſu Chriſt/
Daß du vns alles worden biſt/

Der Weg/ die Wahrheit/ vnd das Leben:
Durch dich wir all zum Vatter gehen:
Verleyh allein dein guten Geiſt/
Deſſen wir b'dörffen allermeiſt.

Joh. cap. 3.

Alſo hat Gott die Welt geliebt / daß er ſeinen eingebornen Sohn gegeben / auff daß alle/ die an jhn glauben/ nicht verlohren werden/ ſondern das ewig Leben erlangen.

1. Cor. 13.

Die Liebe iſt langmütig vnd freundtlich: die Liebe eyfert nicht: die Liebe treibt nicht mutwillen: ſie blehet ſich nicht: ſie ſtellet ſich nicht vngebärdig: ſie ſuchet nicht das jhr: ſie laſſt ſich nicht erbitteren: ſie trachtet nicht nach ſchaden: ſie frewet ſich nicht / wann es vnrecht zugehet; ſie frewet ſich aber / wann es recht zugehet: ſie vertregt alles: ſie vertrawet alles: ſie hoffet alles: ſie duldet alles. Die Liebe höret nimmer auff / ſo doch die Weiſſagungen auffhören werden/ vnd die Spraachen auffhören werden/ vnd das Erkantnuß auffhören wirdt.

Proverb. 16.

Der Menſch ſetzt jhm wol im Hertzen für: aber vom Herren kompt was die Zung reden ſoll.

Matth. 10.

Wo jhr aber in ein Hauß gehet/ ſo grüſſet daſſelbe: vnd ſo es daſſelbe Hauß währt iſt/ wird ewer Friede auff ſie kommen: iſt es aber nicht wärth/ ſo wird ſich ewer Fried wider zu euch wenden.

*Si pius, atque tuâ contentus vivito ſorte:*
*Iſta tibi reditûs uberis inſtar erunt.*

*Qui pius eſt, ſortemq; ſuam ſine murmure perfert,*
*Vel tenui gaudens re, lucra magna facit.*

*Hic ſcopus unus erit: cunctis prodeſſe: nocere*
*Nemini: amare bonos, & tolerare malos.*

*Vive diù, ſed vive DEO: nam vivere Mundo,*
*Mortis opus; vera eſt, vivere, vita, DEO.*

*Omnia morte abeunt, ſed ſola ſcientia CHRISTI*
*Eſt comes ex vita, nos ubi fata vocant.*

*Perfer perpetienda: parit patientia palmam*
*Perdura; pulchrum pro pietate pati.*

*Fer, ſpera, ſperando ora, atque ferendo labora;*
*Moxq; labore, piâ ſpe, prece victor eris.*

*Spes pugnet, vincatq́; fides, amor ipſe triumphet.*

*Fatales cerno pœnas triſtemq́; ruinam;*
*CHRISTE tuæ curam poſteritatis age.*

*Fide DEO ſoli, Mundo diffide tibiq́;.*

Pſal. 131.
DOMINE, non eſt exaltatum cor meum, &c.

*Vive pius, morière pius, mors conſona vitæ eſt.*

*Vivit in excelſis CHRISTVS, ne vivere vellem,*
*Si non EMMANVEL viveret ille meus.*

*Inſcriptiones ædium THEODORI ZVINGERI,*
*Med. & Polyhiſt. quæ extant in aditu.*

הבל הבלים
הכל הבל׃

Quanta
humanarum rerum
viciſſitudo
figulinam hancce Nobiles
Valdpacenſes
amœnitate loci &
opportunitate
illecti,
ante annos p. m. cc.
primi
illuſtrarunt:
ſubinde
Louſemii, Halvilenſes,
Velthemi,
Hugi, Ruſchi, Abrunni,
Rotgebi, Kilchenſes,
Ziclii,
&
ſi ordinem artemque requiras:
Plebeji, Patritii, Nobiles,
Advenæ, Indigenæ,
Scribæ, Mercatores, Caupones,
Lanii, Milites,
pro ſuo quique poſſe ac noſſe
& incoluêre & excoluêre
priores.

Horum ſucceſſor Medicus
neceſſitate quidem
invitante,
ſed furore incitante Poëtico,
ſcalas extruxit Cochlides,
muros refecit,
parietes incruſtavit,
zetas ornavit & ampliavit:
Idemque
ut alienæ ſaltèm ædificationis
libidini mederetur,
quod ſibi heu ſerò ſuccinuit,
amicis ſerò tandem occinit,
parùm ſapit veterem domum
reparans,
minusque comparans.
Tu nunc
in rem tuam, quò voles, abi:
Sin heic divertere placet,
ut ſis bonis hoſpes bonus,
non quod libet, ſed quod
licet,
non quod licet, ſed quod
decet,
exſpecta, flagita,
factita.

And're

Andʼre vor vns hand dieſes Hauß beſeſſen/
Mit Gott/ mit Recht/ mit Ehren:
Andʼre nach vns. Biß nicht träg/ noch vermeſſen/
Wemʼs Gott gönt/ wird er ʼs beſcheren.

¶ *In ſummitate Cochleæ.*

Hasce Aedes
DEO TRINO & VNO benè
fortunante
THEOD. ZVINGER. & VAL. RüDINA
Conjuges S. S. Q. uſui ſuis ſumptib.
accommodabant:
Quòd ſi verò, ut ſunt humana, etiam aliis,
nec præter votum ſanè,
nec præter exſpectationem:
Tu modò
quicunque, quandocunque, quomodocunque
vel ſucceſſor eris, vel
poſſeſſor,
alienâ dum licet inſaniâ citra inſaniam
perfruere.
hujusque ſpeculæ invitamento
ſuſpice deſpecturus,
deſpice ſuſpecturus.
Οὔρῳ καὶ εἰρεσίῃ.
cIↃ IↃ LXXIII.

*Aſcendenti ſcalas.*

An Krafft vnd Athem dir gebriſt/
Merck auff. Dieweil du ſterblich biſt.
Multùm anhelans parum potes mortalis.

*In aditu Domûs ſupra januas aliquot.*

Zum Werck/ o Chriſt/ erſchaffen biſt/
Wer müſſig goht/ iſt lebend todt.

Lehrn leben recht/
Wilt ſterben ſchlecht.
Wilt leben recht/
Lehrn ſterben ſchlecht.

Magſt/ kanſt/ wilt etwas/ ſich auff Gott/
Kompſt weder hie noch dort zu ſpott.

Frewd zeüget Leid:
Leid nehret Freud.

*In Muſæo literario.*

Tu verum imitare bonumque.

Orbis quisque ſibi.

Ab uno omnia.

Ad unum omnia.

Φύσις διὰ παντὸς ἴση.

*Per ſcalas Cochlides ſupra feneſtras.*

Arbitra fortunæ prudentia.

Θάρσει ϗ φόβει.

Nocet empta dolore voluptas.

Κτήματα χρήματα.

Sit abſque fuco gloria.

Θνητὸς θνητοῖς μὴ χαλέπαινε.

Vincet ſine cæde veritas.

Ἔςω κοινὸς ἅπας ὁ βίος.

*In ſummit. Cochl. vide ¶ fol. 476.*

*Ibidem.*

Σὺν Θεῷ γέλα ϗ ὀδύρου.

Non ſine velle DEO.

Non ſine poſſe DEO.

Non ſine ſcire DEO.

Sera omnis vita eſt craſtina, vive hodiè.

Quis eras?

Quis es?

Quis eris?

Homo Vniverſi vinculum.

*In conclavibus & cubiculis.*

Noſce teipſum, cætera noſces.

Cætera vinces, vince teipſum.

Cures immortalia, dum ſperas mortalia.

Immortalia ſpera, ſed mortalia cura.

Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος:
Ἄγαλμα Θεοῦ κοσμοκράτωρ.

Veri bonique fons jugis
Iova Trinus & Vnus.

Vni pareto cum timore,
At verum honora, ama bonum.

מָה אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ
וּבֶן אָדָם כִּי תִפְקְדֶנּוּ׃
תַּמְשִׁילֵהוּ בְּמַעֲשֵׂי יָדֶיךָ
כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו׃

Morere victurus,
Vive moriturus.

Ἔλεε, θέε, νέμε, χέρε, φέρε με.

Τὸ σήμερον μελητέον:
Τὸ δ᾽ αὔριον τίς οἶδε.

Πῆ παρέβην τί δ᾽ ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.

Μηδὲν ἀναβάλλειν,
Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν.

Παίζων μετρίως σπούδαζε.

Ἔρχευ ἐπ᾽ ἔργον εὐξάμενος χρῶ τελέσαι.

Tantum ſcimus, quantum operamur.

Vbique Mors eſt,
Et Vita ubique.

Vive memor mortis,
Spe vitæ morere.

Ζῆθι τοῖος ἔσῃ.

Advolo & avolo.

Militia eſt vita hominis.

Vivere quid? Mortem meditari.
Quid Mors? Vitæ dira cupido.

Pervigilandum dormituro,
Vigilaturo dormiendum.

Spes pugnet vincatque Fides,
Amor ipſe triumphet.

Wach daß du ruheſt/
Ruhw daß du wacheſt.

Cuncta dici reputes acta.

Schlaff/ wach mit Gott/
Wirſt nicht zu ſpott.

Der Schlaff deß Todes bruder iſt/
Wach auff zum Leben wärther Chriſt.

Acta dici cuncta revolve.

Cum Chriſto ſurge & ambula.

Leb dem: der dir das Leben gab.
Stirb dem/ der für dir ſtieg ins Grab.

Denck wie haſt g'lebt im nidergon/
Tracht wie wilt leben mit auffſtan.

Ein kleine Kirch ſey jedes Hauß/
Nichts böß darein guts komme drauß.

Schwägerlich Trew/ Brüderlich Lib/
Mit Dienſten fried tracht/ ſtifft vnd üb.
Der Herr im Hauß ſey Gottes Knecht/
Der Knecht wol dient/ der lebet recht.

Chriſtus ſein Kirch erlößt auß not/
Hab wärth dein G'mahel biß in tod.

Vive DEO

Wie Gott dich liebt vnd deine kind/
Die Eltern ehr/ hüt dich vor ſünd.

Charior eſt ſuperis homo quàm ſibi.
In te Chriſte DEVS ſpes noſtra fideſque recumbit:
In te noſter amor bonus, ô miſerere. tuorum.

Wach auff zum Leben währter Chriſt/
Der Schlaff des Todes Bruder iſt.
Den Armen iſt nicht mehr gegeben/
Dann gut Hoffnung vnd vbel Leben.

Hoffart verderbet alle Tugend:
Vnd zieret Demut die Jugend.

Weren aller Welt Sinn gleich/
So wer niemand arm/ noch reich.
Gut/ Gelt/ Neid/ Forcht vnd Gunſt/
Bricht Brieff/ Siegel/ Recht vnd Kunſt.

*Supra limen domus, ibid.*

Si deſipit, qui deſpicit
Caducus immortalia.
Stulteſcit ergo, qui expetit
Æternus hæc mortalia.

*Ibid.*

Baw/ dem d' Gott gont in dieſer zeit
Vns hand and're vorbgwen:
Das ewig Hauß erwirb/ erſtreitt/
Durch glaub/ lieb vnd vertrawen.

*Ibidem extat hæc Raurica antiquitas.*

D. M.
ADIAN TOITOV.....
ET MARULLAE-MARVLI
CONJUGI ADLED....
............ADNAMITUS
......ET EORUM P. C.

*Ibidem.*

DES VENIAM BONUS,
Im dritten Jahr/ als der blutig Sanct Bartlome
Den newen Stern erwecket hat:
Ward ich ernewt/ ernew dich ſelbs/ wach früh vnd ſpat:
Das G'richt bringt mit Freud oder Weh.
ATQUE PACEM.

*In minore domo ad clivum Zingiberis, ibidem.*

1578.

Domum novans teipſum nova,
Sic digna Domino erit domus.

Μηδ᾽ ἀμβάλλειν,
Μηδὲ ἀπολιδεῖν.

*Ibid.*

Circulo clauditur figura talis:



cui ingenioſè inſcripta ſunt ſequentia:

*In Circulo:* Πεντοζοιο μία ξυῤῥοια, συμπνοια, κ̀ συμπαθεια.

*Angulos quinque illius figuræ exteriores occupat vox* ΥΓΙΕΙΑ, *quinque literis conſtans.*

*Intra angulos exteriores hæc habentur:* Sic parva eſt ut parvi.

*In areis triangulorum quinque:* HIP, PO CRA TE A.

*In figura quinquangulari juxta angulos illius:*

DOMVS.

Δεύτερον ειρεσίν.

---

*Inſcriptiones Aedium D. Felicis Plateri.*

In Cl. V. FELICIS PLATERI Baſileenſis Poliatri domum tanto Domino digniſſimam.

*Hanc quiſquis hoſpes aſpicis domum,*
*Si te fortè videre credis, falleris:*
*Nam quicquid orbis continet dignum aſpici,*
*Quæ continet domus, domum cur dixeris?*
*Vin' aëris, vin' æquoris, ſeu fluminum,*
*Vin' orbis univerſa quà patent ſola*
*Stans intueri uno in loco miracula?*
*Mentē hîc habes, oculos habes quod expleat.*
*Quid amplius? quod jure mireris magis*
*Iſtius herus & artifex domus, domum*
*Et nomine & reapſe* FELIX *anteit:*
*Homo artium omnium, omnis homo ſolertiæ.*
*Felices ut domum, & hominem ſi videris,*
*Non jam domū, ſed orbis epitomam in domo,*
*Hominemq́ in uno homines bonos, induſtrios,*
*Et eruditos penè cunctos videris.*

Th. Beza Vezelius.

Ibid.

*Reſpice ad eventum; ſapiens conatibus aude.*
*Vince voluptates: quæſitis utere gratus.*
*Acquiras laudem meritis. Iram moderare.*
*Quod verum eſt cupidus ſectare. Humanus homo eſto.*
*Gaudia miſceto curis. Sua cuiq́ rependе.*

Ibid.

Umb s'Menſchen weſen hats ein g'ſtalt:
Wer jung iſt/ ſtirbt/ oder wirdt alt:

Wer ſchön/ wirdt leichtlich vngeſtalt:
Ein g'ſunder oft in kranckheit fallt.
Ein Reicher mag Arm werden bald/
Wer mächtig/ kompt bald vmb den g'walt.
Wer aber ſich zu Gott ſtäts halt/
Derſelb ſein Schatz allein behalt.
So gang es recht/ wie s' Gott gefallt.
1578.

Crede, tace: Cognoſce, ignora: Tempera, labora.

*Nulla domus Domini, tantùm eſt brevis illius uſus,*
*Vtere quò poſsis, quando migrare neceſſe eſt.*

Sub effigie Diogenis, in manibus habentis obduraculum dolii.

*Linquenda tellus & domus & virens*
*Hortus, nec harum, quas colis,*
*Arborum te præter inviſas cupreſſos*
*Nulla brevem Dominum ſequetur.*

Sub pedibus ejuſdem. *Sic teritur faſtus.*

Sub effigie Platonis, in manu habentis tabulam quadratam.

*Atque hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet. Qui uti ſcit, ei bona: qui non rectè utitur, ei mala.*

Sub pedibus illius. *Faſtu majore terentis.*

*Ibid.*

Sub Davidis effigie, in manu tenentis tabulam rotundam.

*Ni cepta Dominus juverit, fruſtra ſtruis*
*Moles caducas ædium.*
*Victum labore vix parabis anxio,*
*Ni Dominus admôrit manum.*

Sub pedibus ejuſd. *Ne quem quæſieris extra.*

## An der Altana. 1575.

In dieſem Jahr bawt man mich new/
Da mich Herbſtzeit ſampt mehr Gebäw
Etlich Erdbidem hand erſchütt/
Vnd doch Gottlob verſehret nit/
Der lieb Gott weiter vns bewahr
Vor Donner/ G'ſchütz/ vnd aller G'fahr.
Die weil ich keim verſchlag ſein G'ſicht/
Vnd mein Schatt niemand ſchadet nicht/
Auch was herab fallt/ keim nichts bricht:
So gonn' recht dem/ der mich auffricht/
Daß er ab mir in d' weite ſicht.

## An dem alten groſſen Kornhauß bey S. Peters Platz.

Nach Chriſti geburt 1440. war diß Hauß volbracht/ vnder Herren Erni von Bärenfelß Ritter/ Burgermeiſter/ vnd Hans Sürlin/ alß das H. Concilium zu Baſel im 10. jahr/ was Bawherr Martin von Waldeg.

Diß Hauß iſt wegen der groſſen Theurung/ ſo damaln vnerhört/ daß ein Sack Kernen vierdthalben Gulden/ vnd ein guter Saum Wein auf fünfthalben kommen/ gebawen worden/ damit man ins künftig ein Vorraht darein ſamlen möge.

## An der Mucken.

Nach Chriſti Geburt gezelt 1545. vnder Herren Theodor Branden New-Herren Adelbergen Meyern Alt Burgermeiſtern/ Herren Marx Heidelin Obriſt Zunftmeiſtern/ Conrad Dofter Bawherrn/ iſt diß Haus von Grund auf/ zu Ehren gemeinen Nutzen vnd Stadt Baſel erbawen worden.

### An dem groſſen neuen Kornhaus.

Anno Dn. 1574. vnder Herꝛen Bonaventura von Brunn/ Burgermeiſtern/ Herꝛen Bernhard Branden Obriſten Zunftmeiſtern/ Hans Eßlinger vnd Conrad Dütele Bawherꝛen.

### An dem Kornhaus oben an der Höle.

Nach Chriſti Geburt 1468. iſt diſes Haus vollbrhcht vnder Hanſen von Berenfels/ Ritter/ Burgermeiſter/ vnd Herꝛen Thoman Sürlin/ Obriſten Zunftmeiſter/ war Bawherꝛ Hans Sattler.

### An dem newen Baw.

Vnder Herꝛen Joh. Rudolf Wettſtein New Burgermeiſtern / Herꝛen Jacob Hummel New Obriſten Zunftmeiſtern/ Herꝛen Joh. Rudolf Feſchen Alt Burgermeiſtern/ vnd Herꝛen Leonhard Wentz Alt Obriſt Zunftmeiſtern / Herꝛen Hans Lützelman vnd Herꝛen Theodor Falckyſen Baw- vnd Lohnherꝛen / iſt diſes Haus dem Vatterland zu gutem aufgerichtet vnd vollbracht worden/ im Jahr nach Chriſti Geburt 1652.

### Im Seiden-Hof.

### Bey der Bildtnuß Keyſer Rodolffs von Habſpurg/
welche zu Baſel zu finden.

Rodolff von Habſpurg wolgeboren/
Ein Held ſeins Leibs gantz außerkoren/
Ward Römiſcher König gantz groß gemacht/
Deß jhm diſe Stadt die Botſchaft bracht:
Erlangt darvon Freud/ Gnad/ Wolſtand/
Darumb bewahrt ſie Gottes hand. 1273.

In ædibus Thurneiſeri à Beaufortio exſtructis.

*In limine ædium.*

In domo tua floreat fides, intra mœnia tua vigeat dilectio,
& ſpes in turribus tuis quieſcat.

*In aditu earundem.*

Non pauca fortaſſis
& placitura
& diſplicitura habebis
obvia.
Cæterùm quando ne Iupiter
quidem placere quivit
omnib.
ſuburbani hujuſce frugali lę-
titia Dominis loci volentib.
oblector fruitorq́;
Reipub. interim Baſil. ampl.
virt. & erud. alumnæ
atq; hoſpitæ
perennem felicitatem,
GAWINO aũt BEAVFORTIO

ejusq́; familiæ
ὑγιαίνειν τε ϗ εὐπράττειν.
cumq́ue ſummo illi Imp.
viſum erit
perpetuum χαίρειν
ritè precatus
in rem tuam Hoſpes abi.
Eheus tu
quiquunq; mutũ atq; ſurdũ
Hoſpitem
domi eſſe debere alienæ
pronunciarit,
fruatur is ſanè dum libet
licetq́ue ſenſu
ſuo:

Nobis verò domi noſtræ,
ſi modò ea,
quæ divina nobis benignita-
te contigerunt ocia,
quæque horæ momento mo-
bilis in aliena tranſire ne-
gocia poſſunt,
noſtra ſunt vocanda,
&
vocalis, & auritus, & oculatus,
ſed
quod rei caput eſt,
cordatus inprimis Hoſpes
eſto.

*Amicus ut non alius. Inimicus ut non idem.*

Symbolum Pythagoricum à Conrado Lycoſthene Diacono ad S. Leonardi, dum ædis ipſius fundamenta jacerentur, terra egeſtum, humani capitis effigiem, labra annulo clauſa, aures patulas habens (nimirum, ut celeres ſimus ad audiendum, tardi autem ad loquendum, *Iac.* 1.). ibidem publicè ſpectandum proponitur cum hac inſcriptione:

VETVSTISSIMVM PYTHAGORICI SILENTII SYMBOLVM RENOVATVM ANNO A' NATIVITATE CHRISTI M. D. XLIX.

*Caſpar Bruſchius P. L. & C. P. idolum illud ſilentii Pythagorici loquens introducit apud Manlium in L. C. p. 2. fol. 236. edit. Oporin.*

*OPORINVS foribus ſuis inſcripſit:*

QVISQVIS ES, ROGAT TE OPORINVS
ETIAM ATQVE ETIAM,
VT SI QVID EST QVOD. A' SE VELIS
PERPAVCIS AGAS,
DEINDE ACTVTVM ABEAS:
NISI TANQVAM HERCVLES
DEFESSO ATLANTE VENERIS
SVPPOSITVRVS HVMEROS.
SEMPER ENIM ERIT, QVOD ET
TV AGAS, ET QVOTQVOT HVC
ATTVLERINT PEDES.

*Ad effigiem ejusdem.*

Pingere fallacem prava philautia formam
Fecit, ſed placidos quæ terit hora dies.
Quum ſexto decies, operoſus OPORINVS, anno,
Divino frueret munere, talis eram.

An dem Brunnen in der Newen Vorſtatt.

VoM BrVñ ſprIngt Vns Das VVaſſer kaLt/ Darmit Gott Leuth vnd Vieh erhalt. Das brauch mehr/ dan die ſtarcken Tranck/ Sag vmb die gaab Gott lob vnd danck.

Chriſtus hat vns ein Waſſer geben/ Wer darvon trinckt/ wird ewig leben. Sein göttlichs Wort das faß vnd lehr/ So wird dich dürſten nimmermehr.

D. F. P.

An der Birßbruck beym Rhein.

Im Jahr 1567. den 16. Aug. ertranck im Rhein der Edel Eugenius von Cöln auß em Land Mechelburg: mit ſeinem Exempel die Jugend erinnert / daß ſie ſich Luſts halben in kein Waſſer wagen/ ſonder in wahrer Gottsforcht das Leben bewahren ſoll.

*Non aliena putes, homini quæ obtingere poſſunt,*
*Sors hodierna mihi, tunc erit illa tibi.*

Memoriâ noſtrâ prope Baſileam è regione arcis Gundeldingæ juxta tres tilias, columna exſtabat, nunc penitùs diruta: in qua deſcriptus erat tragicus exitus NICOLAI MEYERI, & ſervi ejus; qui à Bürenſibus eo loci trucidati fuêre.